



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 1. Estonia, siue Estlandia, Esten, seu Eistland.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

CAP V T VI.

Liuonia, Liefland Germanis.

TA dicta videtur, aut ab *Efluis* populis, aut melius à *Liuonibus* quorum Ptolemæus meminit. Eius longitudo à Narua ad *Mel* porrigitur, latitudo à mari Balthico ad lacum Peipum *Peybas*, aut *Beibas*. Regio est frumenti diues. Paruit diu Equitibus Engigeris, seu Liuonicis, sed deum iij vnti sunt sub Gregorio IX. Pontifice cum Equitibus Teutonicis, qui aliter Crucigeri, & Prutheni dicebantur, & exinde Magistrum Teutonicum agnouerunt, eique tributum pensitarunt, quod persoluto pretio extinxit Volterus Pletenburgus, precium Albertus Marchio Brandenburgicus recepit, factusque Volterus Imperij Princeps, sed coactus est se turpiter submittere Sigismundo I. Poloniæ Regi. Sigismundus autem Augustus post mortem Guilielmi de Furstemberg, quem milites cum arce Felino Moscho prodiderunt, compulit eius successorem Gotardum Ketlerum abdicare se magistratu, sed eum sic creavit Ducem Curlandiæ, & Semigallia, ut etiam ad posteros transmitti posset, erat enim ille Lutheranus. Anno autem 1626. Gustauus Suecus addidit reliquam Liuoniam, Estoniam, quam ab anno 1561. Erricus Moscho eripuerat, indigenis per Carolum V. iussis à quocumque vellent auxilium implorare contra crudelitatem Russorum, & maximè Ioannis Basiliij eorum Imperatoris, verius tyranni.

§. 1. *Estonia, siue Eſtlandia, Eſten, ſeu Eiftland.*

ESTONIA	Fellinum: <i>Fellin</i> , ad Fl. Fellam, castrum vbi proditus
	à suis Magister Ordinis Liuonici.
Eſten.	Taurus: <i>Taur</i> , ſeu <i>Tarneſt</i> , à Lithuanis diruta arx.
	Hapselia: <i>Hapsel</i> , ad finum vrbi cognominem, Episcopalis, cui vnta sedes Oefeliensis.
VIKECHZ-	Loda: <i>Lode</i> , arx munita, bello Sueuico famosa.
	Lehalium: <i>Lehal</i> , castrum & ciuitas, vbi nobile virginum coenobium.

X ij

<i>Vikestrand.</i>	OESI-LIA Insula <i>Oesel.</i>	Arnsburgum : Arnsburg. Sonemburgum: <i>Sonembourg.</i>	Arces olim proditæ Danis à fratribus Crucigeris, & eas Rex Daniæ possidet.
<i>VIRLANDIA,</i> seu <i>VIRIA</i>	Narua, seu Naruia: <i>Narue</i> , ad Fl. cognominem è re- gione <i>Iuanogorod</i> , emporium nobile.		
<i>Virland.</i>	Vesemberga: <i>Vesemberg</i> , arx & Capitaneatus.		
	Tolsburgum: <i>Tolzbourg</i> , ad sinum Balticum.		
HARIA	REVALIA: <i>Reuel</i> , seu Riualia præcipua totius Estoniae.		
	<i>Harie.</i> Badisium: <i>Badis</i> , castrum & monasterium prædiues.		
GERVENLANDIA, IERVIA, <i>Geruenland.</i>	Vitensteinum: <i>Vitenstein</i> , arx vnica hu- iust tractus, Polonis <i>Bialykamien</i> , hoc est albus lapis.		

§. 2. Litlandia, Leitland, Gallicè Letten.

RIGA: *Rigen*, aut *Rig*, olim vrbs Archiepiscopalis, dupli fossa vallata ad Duinam Fl. *la Dune*, olim Equitum Teutonicorum sedes, & curia.

Dunamunda: *Dunamond*, arx aditu difficillima: hinc olim Dani à nauibus tributum exigebant.

Valmaria: *Valmar*, seu *Volmer*, ciuitas & castrum, ad Fl. *Trideram*. Segenuoltia: *Segenuolt*, cum castello ad Fl. *Treider*, Marescalli primi à Magistro sedes.

Mariemburga: *Mariembourg*, in lacu castrum munitissimum.

ARCHIEP.	Riga: <i>Rigen</i> , de quâ suprà.
RIGENSIS	Kokenhusium: <i>Kokenhaus</i> , arx & ciuitas munitissimæ.
	Conemburgum: <i>Conembourg</i> , arx cum ciuitate.

EPISCOP.	Torpatum: <i>Derpt</i> , seu <i>Derhet</i> , aut <i>Dorpatt</i> , ad Fl. <i>Becum</i>
TORPATENSIS	<i>Embek</i> , cum arce in colle munitissimâ.
	Neinhusium: <i>Neinhaus</i> , bello Russico celebre.

§. 3. Curlandia, Curland.

CURLANDIA DUCATVS	VENEDA: <i>Venden</i> , aliter <i>Vindou</i> , ad Fl. cognominem, Polonis <i>Kieff</i> , vrbs Episcopalis nūc vnica à Sixto V. procurante eam sedem Stephano Batorio Poloniæ Rego.
----------------------	--